DECRETA GENERALIA

In Capitulo Anni M. DC. XXIV.

Die XXV. Aprilis.

VIVIS ſuffragijs ſtatutum eſt, vt iuramentum de ſchedula non oſtendenda in 3. parte Decretorum c. 1. n. 11. extendatur etiam ad ſuffragia ſecreta, ita vt omnes iurent ſecretum ſuffragium ſe nemini quouis pacto oſtenſuros.

Die XXVI.

DEclaratum eſt Decretum 3. part. c. 7. n. 21. quod ea tantùm per ſecreta ſuffragia in Capitulis domorum definiantur, quę ſiuè in odium, ſiuè in alicuius præiudicium vertunt.

Die XXVIII.

IVramentum præſtari ſolitum, de perpetuo ſilentio eorum, quæ pro Sacerdotibus in Vocales eligendos, vel contra eoſdem dicuntur, audiunturuè iuxta Decretum 3. p. c. 3. n. 2. & 3. Declaratum eſt cogere etiam, nè ante duos integros Menſes exactos, ſub violati iuramenti interdicto aperiatur cuipiam quis promotus, quis excluſus fuerit.

Cum dubitatum ſit, an conſanguineis in primo, & ſecundo gradu, liceat in Capitulis tàm generalibus, quàm particularibus, non audito Scrutinio; à quo ex conſtitutionum lege abeſſe debent, dare ſuffragium, ſiuè ſecreto, ſiuè oretenus. Statutum eſt antiquo mori ſtandum, quo hucuſque licuit.

Die III. Maij.

AD euitandam nimiam litterarum ſcripturitionem, vt plurimum non neceſſariam, hæc ſtatuta ſunt. Vt de negotijs ad vnum

Digitized by Google

tantùm Patrem Generalem ſcribatur, adiecta ſuperſcriptione Admodum R. P. Generali, & Conſultoribus: De quibus verò ad Conſultores tantùm ſcriptum fuerit in conſultationem non venient, nec de ijs à Patre Generale, & Conſultoribus vllatenus agetur. Secundò, vt Prępoſiti litteras quaſcumque ad quemuis è noſtris, à quopiam etiam ex noſtratibus datas (excipiuntur quæ ad Patrem Generalem, Conſultores, Viſitatores viſitationis tempore, Vocales pro Capitulo Generali electos pro tempore in conſtitutionibus præfixo) omninò aperiant, legãt, ac ſi fuerint Sacerdotum non Vocalium propria inſuper manu ſubſcribant: Legant item quaſcumque ab exteris, ſiuè noſtratibus, ſiuè alijs ad noſtros datas acceperint; quæ verò à parentibus, aut ſæcularibus conſanguineis propinquioribus ſcribuntur, & è contra, aperire, ac apertas dare ſatis fuerit. Qui litteras aut dediſſe, aut recepiſse inſcio Præpoſito, & contra hanc legem repertus fuerit, grauiter puniatur. Tertiò, vt de obitu cuiuſpiam ex noſtris, ſi in Ciſalpinis contigerit, ſingulis quidem eius Prouinciæ domibus nuncietur per litteras; pro Romana autem, Neapolitana, & Sicula Prouincia Romam ſcribere ſatis ſit, vnde Fratres earum Prouinciarum fiant certiores, & è conuerſo, ſi mors in Neapolitana, aut in Siciliæ Prouincia acciderit.

Vbi de aliqua Domo in quapiam Ciuitate inſtituenda, nata fuerit occaſio, ad tollendas difficultates ex indicta per Conſtitutiones ſcriptione ad ſingulas domos ſuboriri ſolitas, poſsit in poſterum Pater Generalis vnà cum Conſultoribus, Præpoſito S. Andreæ, Viſitatoribus viſitationis tempore, Viceprępoſito S. Syluestri, ac ſi quis alius tunc temporis adſit Prępoſitus, de eiuſmodi negocio deliberare, quod magis expedire viſum fuerit.

In obitu cuiuſdam ex noſtris celebretur in ea domo, in qua defunctus eſt, Officium Defunctorum, ac Miſſa ſolemnis, vt moris eſt; Deſignetur Sacerdos, qui pro illius anima triginta Miſſas celebret, quæ dicuntur Diui Gregorij, Sacerdotes eius domus cæteri ter pro eodem ſatisfacient. In cæteris domibus omiſsis officio, ac Miſſa ſolemni Sacerdotes ſinguli bis pro ipſo celebrent; bis Clerici Veſperas Defunctorum; bis item Laici Coronam Beatæ Virginis recitent. In qua domo defunctus eſt; Clerici ter Veſperas; Laici ter Coronam Beatę Virginis dicant.

Miſſarum numerum, quem intra vnius anni ſpacium explere nequeant, Præpoſiti nè accipiant: ſi quandoquè numerus ex grauiſsimo, ac ineuitabili caſu excedat, Patri Generali palàm fiat, cuius

erit

Digitized by Google

erit per eas domos, quæ minus oneribus eiuſmodi grauantur numerum eumdem diſtribuere eo pretio, quod pro eiuſmodi Miſſis Prępoſitis oblatum fuit. Sacerdotes noſtri vbicumquè eos etiam peregrè celebrare in domibus noſtris contigerit, penès intentionem Præpoſiti ſacrificent, ac ſi de eius eſſent familia. Idem faciant Concionatores, qui in noſtris Eccleſijs conciones habent, ſiuè Quadrageſimę, ſiuè reliquo anni tempore. Qui in Ciuitatibus, vbi non adſunt Congregationis domicilia concionantur, iuxta mentem Patris Generalis, ab eo per litteras ſignificatam ſacrum faciant.

Die V. Maij.

Pater Generalis non niſi per triennium creetur, ex acto triennio nè ampliùs reficiatur, niſi poſt ſexennium ex Conſtitutionum pręſcripto; ſed alius in eius locum ſubrogetur, impetretur autem huius Decreti confirmatio à Sede Apoſtolica.

Per Præpoſitorum, ſiuè obitum, ſiuè abdicationem ceſſat Vicarij nomen: qui tamen domum omnem curabit vſque ad alterius Præpoſiti aduentum. Is verò non iam eundem, ſed alium deſignet Vicarium eo ritu, qui de Vicarijs inſtituendis pręſcriptus eſt.

Nè Domus noſtræ nimìs ære alieno pręmantur, quod non niſi ſeriùs ſolui queat, teneantur Præpoſiti quotannis ſub initium Quadrageſimę rationes accepti, ac expenſi à Vocalibus ſubſcriptas Romam ad Patrem Generalem tranſmittere. Qui æs alienum contraxiſſe abſque Vocalium conſenſu extra victus, veſtium, ac neceſſariæ alicuius reſtaurationis neceſſitatem compertus fuerit, refici in Prępoſitum eo anno nequeat.

Qui ſiuè Vocales, ſiuè non, exceptis ſenibus, noſtræ Congregationis regularem obſeruantiam, cuiuſmodi ſunt, diù, noctuquè Choro intereſſe, menſa communi vti, negligere fuerint reperti, à Prępoſitis moniti, ſi non reſipuerint, ad Patrem Generalem deferantur à Prępoſitis, & etiam à Viſitatoribus tempore viſitationis. Ille de his deliberet, quę magis ad regularem tuendam obſeruantiam facere exiſtimabit. Idem fiat cum his, qui ęquo frequentiùs domo exeunt, vt immoderatę ædium ſęcularium frequentationi occurratur. Significentur etiam Patri Generali, qui res noſtras maximo Congregationis malo, quibuſuis extrà Religionem perſónis aperire non verentur, vt ab ea domo amoueantur, atque à Vocis etiam, &

Ordinis exercitatione penès rei grauitatem per aliquod tempus ad correctionem ſuſpendantur.

Prima communi menſa expleta, nè tertiam cogantur ſtruere, detur ſecundæ ſignum pro ijs, qui primæ legitimè impediti, adeſſe nequiuerunt.

Qui à Profeſſione duodennium expleuerunt, inter communem refectionem legere non teneantur.

Die VI. Maij.

IN ſingulis Domibus, cum vocandi ſunt Vocales ad Capitulum, ſufficiat dediſſe ſignum campanulę pulſu, nec teneantur Prępoſiti aliquem nominatim accire, aut ægrotos, qui in lectulis decumbunt, adire, vel mittere rogatum pro eorum ſententia, ſuffragione. Moneantur tamen Vocales, antequàm domo exeant, ſi ea die congregandum ſit pro aliquo negotio Capitulum.

Nè quis noſtrum ab Ordinarijs petat facultatem adeundi Monialium Monaſteria, vt conſanguineas in primo, ac ſecundo gradu alloquatur, niſi ante à Patre Generali licentiam eamdem impetrauerit. Decretum hoc toto hoc triennio ſeruetur.

Qui à Patre Generali ad aliam domum de familia deſtinatus, intrà ſex dies iuſſa exequutus non fuerit, cenſeatur quoad obtemperauerit in ea domo, tanquàm hoſpes, ac niſi grauis neceſsitas vrgeat à Præpoſito, & Vocalibus cognita per ſecreta ſuffragia, exire domo nequaquàm permittatur.

Decretum 2. part. cap.4. num.14. de Nouitijs Clericis inſcio, aut non conſentiente Patre Generali non admittendis, de Laicis etiam Nouitijs abſque eiuſdem placito non recipiendis intelligatur.

Adoleſcentium, qui iam profeſsionem emiſerunt, nec adhuc Diaconatus ordine ſunt inſigniti, Pręfectus eligatur quidem à Prępoſito iuxtà Decretum 2. part. cap. 4. num. 19. ſed pręhabito Patris Generalis conſenſu.

Vt vitentur incommoda, quę in Vocalium electione pro Capitulo Generali ſequi poſsent, Capitulum Generale, ſub pœna excommunicationis latę ſententię Prępoſitis reſeruata, prohibet cuilibet, quemuis de ea tractatum, quamuis colloquutionem, quouis tempore etiam poſt electionem, per litteras, verba, nutus, palàm, occultè, mediatè, immediatè, directè, indirectè, vel quauis alia ratione, ſiuè cum noſtris Vocalibus, Præpoſitis, Viſitatoribus, Conſultoribus,

Digitized by Google

toribus, Sacerdotibus, Clericis, Laicis, ac ipſo etiam Patre Generale, ſiuè cum ſecularibus cuiuſuis conditionis; & hoc præter alias inſuper pœnas, arbitrio Patris Generalis infligendas.

Vicarius Sanctæ Mariç de Vico Æquenſi, quoties Neapolim ire, atque ibi commorari contigerit, in ea domo, cui Sanctæ Mariç Domus eo anno ſubiecta eſt, à Prepoſito eius domus benedictionem petat, vt cęteri de ea familia, non tamen ab alio pręter Prępoſitum. Dum de grauioribus ſuę domus, negotijs ſuis antea Vocalibus communicatis agetur, Neapoli, ius habeat conueniendi cum cęteris eiuſdem domus Vocalibus in Capitulo, ibiquè ferendi ſuffragium, quod etiam ius habeant Vocales reliqui domus eiuſdem Sanctæ Mariæ de Vico Aequenſi quotieſcumque pro ſuæ domus Negotijs Neapoli in ea domo, cui domus Aequenſis ſubijcitur Capitulum conuocare opus fuerit.

DETER-

DETERMINAZIONI
DE NEGOZI PARTICOLARI
Fatte nel Capitolo dell'Anno M. DC. XXIV.

Die XXVI. Aprilis.

S'E concluſo d'accettare ſotto la protettione della Religione il Collegio fondato in Napoli dal Sig. Marcheſe di Villa, rimettendo al Padre Generale, e Conſultori, il deſtinar Padri in Napoli, per trattar delle regole, e modo da tenerſi in ciò, dandone poi auuiſo à Roma. Loſteſſo s'è determinato per altri Collegij, che s'offeriranno à queſto ſomiglianti.

Die III. Maij.

LEtta l'inſtanza della Città di Coſenza, e altre lettere, s'è concluſo di fondar Caſa in detta Città.

Die V. Maij.

SI faccia inſtanza à Sua Santità per la Beatificatione, e Canonizatione de noſtri Beati Gaetano Thiene, e Andrea Auellino, à nome di tutto il Capitolo Generale, e di tutta la Religione, ſtando i proceſſi fatti, e l'informationi già preſe, della Vita, e Miracoli, e'l fauoreuole reſcritto di Sua Beatitudine, che ſiano rieſaminati i teſtimoni, per autorità della Sede Apoſtolica, nella cauſa del Beato Gaetano, in ordine ad Canonizationem, e la concluſione della Rota, nella cauſa del B. Andrea, che veduti i proceſsi, e autenticati i miracoli, poſſa ſempre, che piaccia alla Santa Sede eſſer canonizzato. E le Caſe tutte contribuiſcano nelle ſpeſe da farſi per queſto effetto nella cauſa del Beato Gaetano.

I Propoſti ſubito arriuati alle caſe, ragguaglino il Padre Generale, ſe hanno perſone, che poſsino leggere à menſa, per prouedere conforme al biſogno.

Si faccia inſtanza à Noſtro Signore, & alla Congregatione de Riti di po-

Digitized by Google

di poter celebrare l'Vfficio della Diuina Prouidenza, compoſto dal P. D. Franceſco Maria dal Monaco, e riueduto per ordine del Padre Generale da PP. D. Gaetano Coſcia, e D. Lorenzo Biffi, la Domenica xiv. dopò la Pentecoſte, con Vfficio doppio, & ogni Giouedì non impedito, ſotto titolo di ſemidoppio.

S'aſſegni dal Padre Generale in Roma vn Padre, che attenda à negotij della Religione, ſotto titolo d'vbbidienza, e non di dignità di Procuratore, il quale habbia vno ſpeditioniero ſecolare per mandare attorno con le commiſsioni da ſpedirſi. E ſia tenuto queſto Procuratore mandar per le caſe le Bolle, che eſcono da Roma. Alla ſpeſa concorrano le caſe, ſecondo l'occaſione de negotij, che gli commetteranno.

Die VIII. Maij.

CHe oue ſi può s'accettino Caſe fuori della Città, per l'vſcite, e recreationi, accioche non ſi vada da noſtri à Ville, e Caſe de ſecolari.

Il far la Muſica nelle feſte de Titolari delle noſtre Chieſe, & altri giorni particolari, è ſtato rimeſſo dal Capitolo al Padre Generale, ouero al Capitolo della Caſa.

Si leua dal Padre Generale, e Capitolo tutta l'eſenzione data à qual ſi ſia perſona, ſin'à tanto che ſi darà da chi l'hà goduta, conto al Propoſto, e Vocali della Caſa, & anco al Padre Generale dell'opere da lui ſcritte.

Si determini per ciaſcheduna Prouincia vno, che ſcriua i ſucceſsi notabili della Religione in commune, e de ſoggetti eminenti in particolare.

Si riuegga l'inſtruzione de Nouitij, fatta dal P. D. Franceſco Boluito, rimettendo al Padre Generale, con la Conſulta il praticarla.

Oltre alla lettione ordinaria de Caſi, ſi facciano conferenze de caſi nel modo, che ſarà determinato dal Padre Generale, e Conſultori.

Nel proueder danari à Padri, e Fratelli per i viaggi, non ſi prendano più danari da Mercanti, con fargli poi pagare per lettere di cambio, mà la Caſa di doue parte prouegga di danari, i quali poi ſiano rimeſsi quanto prima dalla Caſa oue vanno aſſegnati ſenza controuerſia, ò hauer riguardo ad altre pretenſioni, che poteſsi hauere vna Caſa con l'altra; e quella Caſa che ricuſerà, ò tarderà il pagamento, ſia obligata dal Padre Generale pagare il doppio.

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Decreta in Capitulo Generali Cleric. Reg. Anno M. DC. XXVII.

Die XXIX. Aprilis.

AD Nouitios Clericos rectiùs ad perfectionem informandos, octo ad ſummum in vniuerſa Congregatione Domus Patrum numero ampliores ſeligantur à Patre Generali, & Conſultoribus pro temporum opportunitate deſignanda, tres in Prouincia Neapolitana, in Ciſalpina itidem tres, Romæ altera, altera in Inſula Siciliæ.

Decretum aliàs ſemel in anno ſcrutinium de Clericorum, & Laicorum moribus impoſterùm fiat bis in anno à Præpoſito, & duobus vocalibus per ſecreta ſuffragia eligendis; ſcilicet menſe Ianuario, & per menſem à feſto Corporis Chriſti.

In recipiendis de nouo alicubi domibus Pater Generalis ex priſco ritu Præpoſitorum, & vocalium cuiuſcunq; domus ſententiam antè per litteras exquirat, decreto Superioris Capituli *1624.* iuſtis de cauſis abrogato.

In Capitulis D[illegible]orum cœpto de qualibet re propoſita ſcrutinio Præpoſitus definitionem in aliud tempus ne protrahat; ſed confecto ſtatim ſcrutinio per ſecreta ſuffragia, non autem viua voce quoduis negotium etiam in odium, præiudiciumue alicuius non vergens decernatur. Propoſita in Capitulis, & per ſecreta ſuffragia non probata, ſeorſim tamen in libro Capitulorum adnotentur.

Ne quis vltra ſexennium Præpoſitus, Viſitator, Conſultorue creetur; ſed triennio vacet. Qui poſt quadriennium quauis ratione ab eiuſmodi oneribus abſolutus fuerit, non niſi poſt triennium refici poterit.

In electione vocalis pro Capitulo Generali ſeruentur decreta in Capitulis *1621.* & *1624.* Cum addito tamen declaratio-

Digitized by Google

nis factæ à Sanctiſsimo Domino Noſtro Papa Vrbano VIII. circa tractatum in electione faciendum: cuius tenor vulgari idiomate vti per Illuſtriſsimum Secretarium Sacræ Congregationis ſuper negotijs Regularium propoſitus eſt, decernente Capitulo Generali inter decreta relatus eſt huiuſmodi.

Molto Reuerendo Padre:

LA Santità di Noſtro Signore hauendo hauuto notitia del Decreto fatto nell'vltimo Capitolo Generale celebrato in S. Silueſtro quì di Monte Cauallo, nel quale ſi prohibiſce non ſolo il trattato, mà ancora il parlare in qual ſi voglia modo di materia di elettione del vocale Capitolare, ſotto pena di Scommunica, da incorrerſi ipſo facto: hà commandato che ſi faccia ſapere per mezzo del Padre Generale, e de Conſultori à tutte le caſe della Religione, che Sua Beatitudine vuole che non oſtante detto Decreto, è le pene contenute in eſſo ſia lecito nell'elettione medeſima il legitimo trattato conforme alla diſpoſitione de Sacri Canoni; Lo ſignifico à V. P. acciò lo faccia ſapere al Padre Generale, & à ſuoi Colleghi, & à chi biſogna, e mi raccommando alle ſue Orationi. Di Caſa alli 10. d'Ottobre 1626.

Di V. P.

Affettionatiſsimo per ſeruirla.

P. Fagnano.

Al P. D. Tomaſo d'Afflitto.

Per quod reſcriptum conceditur vocalibus tractatus legitimus in ipſa electione, nimirùm ipſo electionis tempore, quod bidui ſpatio à Capitulo Generali eſt definitum.

Vt autem certò ſequatur vocalis electio ſtatutum eſt, quòd ſi per tres vices per ſecretas ſchedulas nemo ſit electus, in

 quar-

quarto ſchedularũ ſcrutinio (niſi in eo fiat electio) declarentur per ſcrutatores duo, quibus plures è vocalibus fuerint ſuffragati: horum alter per ſecretas ſchedulas eligatur, ſi paria adhuc ſint ſuffragia, antiquior profeſſione electus cenſeatur. Vbi plures adſunt vocales, ſi tres aut quatuor per tres priores vices paria habere vota cõperiantur, duo antiquiores profeſſione ſeligantur, de quorum tantùm, cęteris omiſſis, electione per ſecretas ſchedulas agatur. In ſuffragiorũ paritate profeſſione antiquior electus intelligatur. In qua domo tres tantum, aut quatuor vocales adſunt, ſi poſt quintum ſcrutinium nemo electus ſit, profeſſione antiquior pro electo habeatur.

Nemo in vocalis Electione actiuum paſſiuumuè ius habeat, qui in ea domo à tempore ſaltem quo tertio anno Præpoſiti, ac Viſitatores reficiuntur, ac renuntiantur, non ſit aſsignatus. Quòd ſi eo tempore faciendum ſit, à Patre Generali, & Conſultoribus fiat per ſecreta ſuffragia, nemine diſcrepante. Sic autem aſsignatus iugiter inibi vſq; ad electionis tempus commoretur, niſi ſecus fieri, aut neceſsitas imminens à Patribus Capituli ipſius Domus cognita, & per ſecreta ſuffragia probata, aut publicum Congregationis bonum exigat.

Vt autem in vocali eligendo, ſciant omnes quid cauendum, quid ſpectandum, legantur præter Conſtitutiones, & Decreta noſtræ Congregationis, Decreta etiam Clementis VIII. de reform. nu. 35. vt omnis, & nu. 36. In Superiorum &c.

Die XXX.

IN Definitorio probentur, deſcribanturq; qui ad Vicarij munus eligendi, ad mulierum Confeſsiones admittendi, ad Monialium Monaſteria, Virginumue, aut Mulierum familias ſepoſitis locis, quouis ea nomine cenſeantur viuentes, pro eorum audiendis Confeſſionibus mittendi ſunt. Præter eos ſic deſignatos, nemo ad eiuſmodi munera eligatur.

Vt autem ad mulierum Confeſsiones admittendi Patri Generali, ac Definitoribus perſpectiùs innoteſcant, Præpoſitus,

ac vocalis cuiuſcunq; domus deferant ad Capitulum Generale de iis teſtimonium ab omnibus, & ſingulis vocalibus ſubſcriptum, præhabito per ſecreta ſuffragia ſcrutinio, in quo duæ è tribus vocalium partes conſenſerint. Pro præſenti autem Capitulo Præpoſiti, & vocales, qui adſunt, proponant idoneos Patri Generali, ac Definitoribus, quibus poſteà ſi à Capitulis Domorum requiſitus fuerit, Pater Generalis cum Conſultoribus facultatem concedere poterit.

Decretum Superiore Capitulo 1624. Ne quis non obtenta antè à Patre Generali facultate licētiam ab Ordinarijs locorum impetret alloquendi moniales conſanguineas in primo, & ſecundo gradu, perpetuò in poſterum ſeruetur.

Adoleſcentium, qui profeſsione iam præmiſſa ſeiunctim à cæteris educantur, Præfectus ita omnino eligatur, vt Nouitiorum Clericorum Magiſter; Laicis Nouitijs à Præpoſito, & vocalibus Magiſter per ſecreta ſuffragia deſignetur.

Qui Decretum Superiore Capitulo 1624. de celebratione Miſſarum non ſeruauerit, ſi ter à Præpoſito coram duobus teſtibus monitus à celeritate non temperauerit: ſi quidem ſit Sacerdos tantum, ne Confeſſarius fiat; ſi Confeſſarius tantum ne vocalis; ſi vocalis, à vocis exercitio per aliquod tempus ſuſpendatur: ſin ad eiuſmodi munera dudum vti minùs idoneus non fuerit admiſſus alia quapiam regulari pœna plectatur. Viſitatores de his inquirant, Patrem Generalem moneant, in Capitulo Generali oretenus referant.

Studijs Philoſophiæ, ac Theologiæ vndecim ad Summum in Congregatione domicilia deſignentur: Romæ vnum, in Prouincia Neapolitana duo pro Philoſophia, pro Theologia itidem duo: In Ciſalpina totidem pro iiſdem: In Sicilia alterum pro Philoſophia, alterum pro Theologia. Seligantur autem à Patre Generali, & Conſultoribus pro opportunitate locorum, ac temporum.

Seruentur omninò Decreta in Superioribus Capitulis pro Studiorum progreſſu: id in primis ne cuipiam detur audire ſeorſim extra ſcholas à certo Lectore tractatum aliquem, niſi aut notoriæ ægritudinis, aut alia, cui nequeat obueniri, neceſ-

ſitas

ſitas extorqueat : quo caſu Pater Generalis cum Conſultoribus nemine diſſentiente id concedat, pro vno, vel ad Summum duobus tractatibus à certo Præceptore extra ſcholam audiendis.

In Decreto Superioris Capituli 1624. ſub die ſexta Maij, quòd incipit. In ſingulis Domibus &c. deleantur illa verba (aut ægrotos, qui in lectulis decumbunt, adire, aut mittere rogatum pro eorum ſententia ſuffragioue) fiatq; prout de iure.

Abrogatum item eſt decretum prima parte cap. 3. num. 2. de frequentia Sacramentorum eaq; Confeſſariorum prudentiæ, quorum intereſt relicta.

Die VIII. Maij.

DEcretum anno 1621. vt Conſultores poſt Vicepræpoſitum Sancti Silueſtri immediatè ſedeant, in ea Domo tantum ſeruetur : In cœteris ſuo quiſq; loco profeſſionis contentus ſit.

Vicarij munus, ac nomen ita ceſſante Præpoſito ceſſet, vt ad noui Præpoſiti aduentum ad ſuum quidem profeſſionis locum ſe quiſq; recipiat : Si tamen in eo munere nec dum trienniuim exegerit, rurſus refici à Præpoſito, & à Patre Generali ad vſq; triennium expletum ex Conſtitutionum præſcripto probari poſsit.

Vt omninò communi menſæ ſacra non deſit lectio, quatuor ſaltem in qualibet domo ſua quiſq; hebdomada in orbem legant. Clerici quidem omnes, & qui nondùm ad vocalatum propoſiti ſunt, vbiq; id præſtent, etſi duodennio à profeſſione exacto, abrogante Capitulo decretum anni 1624. Vbi verò aut Clericorum, aut iſtiuſmodi Sacerdotum minor eſt numerus, ſuppleant inferiores, aut vocales, aut pro vocalatu iam propoſiti ; ita demùm, vt quatuor ſaltem toto anno ſint, quibus legendi onus incumbat, nulla ob id data vacatione. Excipiuntur qui tempore quadrageſimæ in Eccleſijs noſtris, exteriſue publicè, ac pluries in hebdomada concionantur.

Die

Digitized by Google

IN qualibet Domo, duo deſignentur à Præpoſito, & vocalibus, qui bis in anno (videlicet per menſem ante viſitationis tempus, & antequam rationes accepti, & expenſi Romam mittantur, ſiue tempore, confirmationum ; ſiue celebrationis Capituli Generalis) libros perluſtrent in quibus eędem rationes accepti, & expenſi adnotatæ ſunt. Quod ſi alicubi idonei miniſtri non habeantur, valeant Patres Capitulariter congregati, e vicinis domibus vnum accire qui id muneris exequatur.

Adnotentur præterea in qualibet domo, in codice ad id ſelecto, ea quæ à Patre Generali, Pręepoſitis domorum, ac Viſitatoribus viſitationis tempore ſeruanda proponuntur, vt cum tempus poſtulauerit poſſint facilius executioni mandari.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA

ROMAE,

Ex Typographia Reu. Cam. Apoſtolicæ, M. DC. XXVII.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google